

NvK an Ulrich Gensler. Er verleiht ihm aufgrund seines ordentlichen Kollaturrechtes die Pfarrei Thaur und überträgt ihm die Seelsorge sowie die Verwaltung der Temporalien. Die Ansprüche Hz. Sigismunds auf die Patronatsrechte an der Pfarrei sollen nicht berührt sein.¹⁾

Or., Perg. (Siegel des NvK; Notariatsignet des Lorenz Hamer): BOZEN, StA, U 925 (Lade 24 Nr. 16 A).

Kopie (gleichzeitig): INNSBRUCK, TLA, Sigm. IX 13²⁾; (um 1500): BRIXEN, DA, Konsistorialarchiv, Liber investiturae f. 119^v-120^v Nr. 261; (18. Jh.): BRIXEN, Priesterseminar, Ms. C 9 p. 53; ebd. Ms. D 9; ebd. Ms. B 4.

Regest: Jäger, Regesten I 309 Nr. 124.

Em.: Sinnacher, Beyträge VI 425f.; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 348 (mit Namensform: „Geysler“); Trenkwalder, Seelsorgeklerus 233.

Nicolaus miseracione divina tituli sancti Petri ad vincula sacrosancte Romane ecclesie presbyter cardinalis, episcopus Brixinensis, dilecto nobis in Christo Ulricho Gẽnsler³⁾, presbytero nostre diocesis, salutem in domino. Vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio, nos inducunt, ut tibi ad gratiam reddamur liberales. Cum itaque 5 parrochialis ecclesia in Thawr dicte nostre diocesis per liberam venerabilis in Christo nobis dilecti magistri Georgii Golser⁴⁾, canonici ecclesie nostre Brixinensis, procuratoris, et procuraturio nomine dilecti nobis in Christo Dionisii Haydelberger⁵⁾, immediati rectoris et possessoris ipsius parrochialis ecclesie, resignacionem in manibus nostris sponte factam ad presens vacet, nos, volentes tibi ad instantes illustris principis 10 domini Sigismundi, ducis Austrie et comitis Tirolis etc., domini et amici nostri, preces clausis suis litteris nobis factas⁶⁾ ac premissorum meritorum tuorum intuitu gratiam facere specialem, primo tamen ab eodem magistro Georgio procuratore solito iuramento recepto, quod in resignacionem huiusmodi nulla fraus, dolus, symoniaca pravitas aut aliqua illicita pactio seu corruptela intervenerit, eandem parrochialiam 15 ecclesiam in Thawr sic, ut premittitur, sive aliquo quovismodo aut ex alterius cuiuscumque persona vacantem, tibi auctoritate nostra ordinaria conferimus et de illa eciam providemus per presentes et investimus, curam animarum regimenque et administracionem spiritualium et temporalium dicte ecclesie in manum tuam tibi committentes.

Quocirca dilectis in Christo universis et singulis parrochialium ecclesiarum rectoribus 20 et vicariis seu locatenentibus eorundem, divinorum cooperantibus ceterisque presbyteris curatis et non curatis quibuscumque per civitatem et diocesim nostras Brixinenses ubilibet constitutis presentibus requisitis committimus et mandamus, quatenus te vel procuratorem tuum in hac parte legitimum tuo nomine in corporalem, realem et actuaalem possessionem ecclesie parrochialis predicte iuriumque et pertinen- 25 ciarum omnium eiusdem auctoritate nostra predicta ponant et inducant seu alter ipsorum ponat et inducat faciantque atque faciat tibi de fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obvencionibus ipsius ecclesie universis ab omnibus, quorum interest, integre responderi a parrochianisque eius obedienciam et reverenciam debitas et condignas exhiberi, contradictores quoscumque et rebelles auctoritate nostra per 30 censuram ecclesiasticam firmiter compescendo.

Verum cum eciam supradictus illustris princeps dominus Sigismundus, dux Austrie et comes Tirolis etc., dominus et amicus noster, ad prefatam ecclesiam parrochialiam

ius aliquod se habere pretendit⁷⁾, de quo tamen nos hactenus non informavit, sed
35 adhuc infra spacium quatuor annorum proxime occurencium et a die veneris duode-
cima mensis marcii proxime transacti (12. März 1456) inceptorum iuxta certa inter ipsum
dominum ducem et nos concordata⁸⁾ nos aut successores nostros legitime informare
habebit, non intendimus neque volumus iuri tali, si de eo legitime constare poterit
40 infra dictum terminum, per premissa quovismodo derogare. Quod similiter in colla-
cione et provisione dicto Haidelberger de dicta ecclesia per nos auctoritate nostra
ordinaria factis duximus ad quinquennium reservandum, ut in litteris nostris desuper
confectis clarius cernitur contineri.⁹⁾

In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes
nostras litteras exinde fieri et per notarium nostrum publicum infrascriptum subscribi
45 nostrique sigilli iussimus appensione communiri. Datum et actum Brixine in aula
nostra episcopali anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo
septimo, indictione quinta, die vero lune tredecima mensis iunii hora decima ante
meridiem vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini
Calisti divina providencia pape tercii anno tercio, presentibus ibidem venerabilibus et
50 honorabilibus in Christo nobis dilectis magistris Gebhardo de Bulach, decretorum
doctore, vicario in spiritualibus generali, et Symone de Welen, licenciato in decretis,
canonicis ecclesie nostre Brixinensis, Heinrico Soitern in Flyes, et Jacobo de Poseyl in
Telfs parochialium ecclesiarum rectoribus, testibus ad premissa vocatis specialiter et
rogatis.

55 *Notarielle Instrumentierung durch Laurencius Hamer de Salburg, Kleriker der Diözese Naumburg und öffentlicher
Notar von kaiserlicher Autorität.*

1) Zur Sache s.o. Nr. 5072.

2) Faszikel mit Kopien zur Kollatur der Pfarrei Thaur, nämlich Nr. 5545, 5548, 5640 und 5669.

3) Ulrich Gensler hatte zuvor schon von Dionysius Heidelberger das Heilig-Geist-Hospital in Meran erhalten, als dieser (wegen der Pfarrei Thaur) darauf verzichtete; s. die Präsentation Hz. Sigismunds bei B. Georg Hack von Trient; Kopie (gleichzeitig): INNSBRUCK, TLA, U I 5506; Notiz (gleichzeitig): INNSBRUCK, TLA, Lib. Praes. II f. 1^r; Kopie (16. Jh.): STAMS, StA, G XVIII b Nr. 5. Am 30. November 1457 präsentierte Hz. Sigismund ibn für die Pfarrei Tisens; s. INNSBRUCK, TLA, U I 5488/2; ebd., Cod. 3165 (Liber Praesentationum 2) f. 10^r. Er starb jedoch wenig später. Daraufhin übertrug B. Georg von Trient die Pfarrkirche Tisens seinem Kanzler Johannes Sulzbach; Or., Perg. (S. fehlt): TRIENT, StA, Sez. latina, Caps. XLVII Nr. 16 (1458 November 14, Trient). Vgl. auch Trenkwalder, Seelsorgeklerus 233.

4) Georg Golser, Brixner Domberr.

5) Dionysius Heidelberger, Sekretär Hz. Sigismunds.

6) Nicht erhalten.

7) S.o. Nr. 4683 Z. 51-56.

8) Der Text der Vereinbarung über Taufers ist in der endgültigen Form nicht erhalten. Er geht zurück auf den Bozner Vertrag vom 4. März 1456, in dem jedoch nur bestimmt wurde, dass die Sache yinner vier oder funff jaren nachst-
kunnfftigen entschieden werden sollte; s.o. Nr. 4383 Z. 56. Die genaue Formulierung sollte B. Georg Hack von Trient
finden.

9) Die Kollationsurkunde ist nicht erhalten. Sie war vor dem 16. März 1456 ausgestellt worden; s.o. Nr. 4699.